2

1

9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit tabula de forma viſitacōnū monaſticarꝫ.

In dulci ihesu xp̄i nomine. Amen.
Excuſacio mea ſuper hijs.
Qꝛ materia iſta ſatis cōcordat cum viſitacōne.
Qꝛ viſitacio eſt actus iuriſdictionis.
Quomodo in viſitacōne contingit defectus fieri.
De malicia accuſatorum duplici.
De remedio cōtra ꝑdictas calūpnianciū audacias.
Qꝛ ante omnia veritas ſit inquerenda.
Qꝛ labor eius tendat ad edificacōnem.
Qꝛ diligens ſit ad diſcernendum de propoſitis.
De diſcrecione habenda in leuibus culpis.
De piculo magno qđ poteſt hic incidere.
Qꝛ leuiter culpabiles leuiter ſunt tractandi.
De difficultate circa criminalia.
De proceſſu in criminalibus denūciacōnibus.
Si dicat ſe denūcians omnino recte procedere.
Cautela notabilis doctorum hic apponenda.
Si denunciator defecerit in proceſſu ſuo.
Sequit̄ auiſamēta mgr̄i bnar. de reyda de hac mat̄ia
Seqꝛ̄ nūc de modo ꝓcedēdi eiuſdē doctoris bernardi
Si dicat denuncians bene ſe iſta intelligere.
Si denunciator maliuolus totaliter apparuerit.
De appellacōne in iſtis non admittenda.
Auiſamentū ſcī thome de hac materia criminalium.
Qꝛ raro ſeruatur forma dominici precepti
Excuſacō de vlteriori proceſſu huius materie ꝓlixe.
De publicis criminibus publice arguendis.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Incipit tractatulus de forma viſitacōnuz monaſticarum. Incipit feliciter.

Venerando in xp̄o patri. ac domino. H. prouinciali. ⁊c. Exilis frater. W. quē ſcitis. In vinea dn̄i fideliter agere et fructū plurimū afferre.

In dulci ihesu xp̄i nomine Amen.

Venerabilis dilecte pater Recepi ~~ac~~ litterā veſtrā in q̄ tangitis quedā modū fraterne correctionis ī monaſterio veſtro cōſuetū. videlicet quō fratres certis diebꝰ cōueniūt ⁊ libere q̄d volūt et ſciunt tam de prelato q̄ꝫ de ſeipſis ꝓnūciant ⁊ q̄d viſū fuerit in carta ſcribunt et ad generale capitulū tranſmittunt. ⁊c. Tangitis eciam timorē ꝯſciencie veſtre ꝓpter aliqua puncta. que hic replicare nō eſt neceſſe: ne forte modus iſte vergat in diſpendium aīarū ⁊ cōmunis pacis: ꝓpter quoſdam minus informatos et expertos in huiuſmodi. ⁊c. Et idcirco petitis a me quid de hoc ſenciam.

Excuſacio mea ſuper hijs

Dilecte pater ⁊ amice in xp̄o. res quā deſideratis longe ſup vires meas ē. tamen q̄ humilit̄ deprecāti negare caritas nichil audet: hoc modicū q̄d potui libens tranſmiſi. ſaluo ſemꝑ iudicio veſtro ⁊ cuiuſcūq̄ꝫ melius ſencientis

Quod materia iſta ſatis concordat cum viſitacōne

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Videtur michi in primis · ꝙ iſta materia ſatis cōcordat cum viſitacōibus ordinarijs · que in religioſis domibus fieri ſolent · Et ꝗꝛ de hijs plura ſcripta reperi · ideo quod viſum fuerit de eis hic ponam · ex q̄bus facile patebit proceſſus ad queſtionē veſtram · Viſitacio enim ordinaria hoc modo procedit · vt poſt inchoatum actuꝫ · viſitator inquirat a ſingulis quorum intereſt de ſtatu monaſterij · et precipue de forefactis ſique ſunt · ac omnibus alijs emendatione dignis ·

Qꝛ viſitacio eſt actus iuriſdictionis ·

Expedit aduertere · ꝙ viſitacio eſt actus iuriſdictionis · in qua exercetur illa correctio per quā intenditur cōmune bonum · quod nō ſolū per admonitionē fratris · ſed interdum eciam per punitionem procuratur · vt alij a peccato timentes deſiſtant · Et huiuſmodi ad ſolos prelatos ꝑtinet · qui non ſolum hn̄t admonere ſed eciam corrigere puniendo · Vnde in hac correctione iudiciali tres perſone concurrunt · ſcilicet viſitator qui eſt iudex · frater accuſatus qui dicitur reus · et frater denuncians qui dicitur accuſator · Et quādo iſti debite procedūt · tunc viſitacio eſt actus valde laudabilis et vtilis · tanꝙ tocius monaſtice diſcipline reformatiuus et conſeruatiuus ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Quomodo in viſitatione contingit defectus fieri.

¶ Sicut multa bona ſiūt ex viſitacōne prudenter et legitime celebrata: ſic econuerſo mlta pericula animarum euenire ſolent. ſi precipitanter et abſqꝫ iuris ordine. vel ſincera caritate procedatur. Ex cuiuſlibet enim ꝑtis culpa. ſiue iudicis. ſiue rei. aut eciaꝫ accuſatoris: contingit fieri peruerſū ⁊ iniquū iudiciū. Nam ſi iudex ignauus eſt aut paſſionatus vel ſui ipſius impotens. vel ſi reus proteruus et male tractabilis et impaciens. vel ſi accuſator eſt preſumptuoſus animoſus aut maliuolus: tūc oriuntur iniuſta dampna. odia. obloquia. detractiones. rancores. ſuſpitiones. diſplicencie indelibiles. et multa mala: que licet vbiqꝫ ſint perniciosa. tamen ſūt precipue nociua in monaſterijs ⁊ cōuentibus religioſorum et ſpiritualiū perſonarū: quas oportet cohabitare. ⁊ cōuenit quiete et pacifice viuere. atqꝫ oracōib9 et alijs diuinis intendere ⁊ vacare.

¶ De malicia accuſatorum duplici.

¶ Pacis tranquillitas pro vt frequēcius perturbatur in viſitacōnibus ordinarijs. ex malicioſa calumpnia accuſantiuꝫ ſiue denūciātiū: ex duplici cauſa. Prima eſt: quia ſuadente paſſione aut predominante non poſſunt facere vel neſciunt differenciam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inter culpam venialem · et maculam mortalez · et ideo
equaliter euomāt venena sua disciplinate absq̃ ti
more: que pro vt vulgariter dicitur plus ledunt re-
cipientem q̄ erogantem · ¶ Scd'a causa est · quia si
ad partez loquātur visitatori · adhuc audatiores rē-
duntur · ex hoc q̄ putant huiuſmodi accuſacōnes de
bere teneri ſub ſecreto q̄ſi nō poſſint ipſi publicari q̄
talia denunciarūt · et ſub hac libertate mala reno-
uant dudum emendata · peruertunt bene facta · ag-
grauant ex infirmitate vel ſubreptione cōmiſſa · et
plura denūciant que audientibus illis loqui nō au-
derent · Juuatur eciā eoruz frontoſitas ex hoc · q̄ pu-
tant reos non poſſe reſpondere · nec debere ſe defen-
dere · ſed omnia humiliter fateri · et veniā petē · et ſubi-
re penitenciā eciā ſi non ſint culpabiles ·

¶ De rēmedio cōtra p̄dictas calūniātiū audacias

Ut ergo taliū audatiū calumniatorū cornua nō
ſuccreſcant ſed pocius reprimātur · ſancti patres in
regulis ſuis et poſt eos deuoti doctores · auiſamēta
quedam relinquerunt: ex quibus viſitator ſe infor-
mare habet · qualiter innocentes abſoluat · et male
gradientes debite inſtruat: aut ſi pertinaces permā-
ſerint · regulari diſcipline per ſeueritatem diſtricte
penitēcie ſubiciat · Sequūtur autem notule · xx · nu-
mero ad p̄poſitum deſeruientes · ex diuerſis dictis do-
ctorum extracte ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ut ante omnia veritas ſit inquerenda·

Quo ad primū attendere habet viſitator condi-
cōnem officij ſui: vt ſit vere ſpiritualis · qui omnia
diiudicet: quatenus ipſe a nemine diiudicetur. Pro
broſum enim eſt ſi deprehendatur a vero deuiaſſe: ſi
ue per ꝓpriam negligenciam· aut alienam perſuaſi
onem· Cōtra veritatem nāqz nichil poſſumus. Et om
nis labor perditur: qui in veritate non ſolidatur· Ve
ritas enim ſemper vincit: vt dicitur in decre· viij· diſ·

Ut labor eius tendat ad edificacōnem·

Poſt inquiſitam veritatem· ſit viſitator ſollicitꝰ
vt totum ſtudium ſuū tendat ad edificacōnez: iux-
ta illud ſaluatoris. Non venit filiꝰ hominis vt iudicꝫ
mundū· i· iudicando perdat: ſed vt ſaluetur mundꝰ
per ipſū· Et apoſtolꝰ dicit. Accepimꝰ poteſtatē nō in
deſtructionem: ſed in edificacōnē. Attendat ergo ꝙ
gerit vicem triū perſonarū· per quas humane ꝓpa-
gationes conſeruantur: ſcilicet patris. medici. iudi
cis· Sit pacificis pater: infirmis medicus: diſcolis
iudex· Primos conſeruet: ſecūdos curet: tercios re-
uocet. Totus enī decor huius actus precipui ex ipſo
dependet·

Ut diligens ſit ad diſcernendū de ꝓpoſitis·

Sit deinde viſitator diligens ad ſcrutandum
quo ſpiritu moueatur denunciator: et ea que pro-
ponit· an ſint venialiter culpabilia· Qd ſi ita ſit· et

cuncta fiunt in humilitate et mansuetudine· tunc nō est periculum· sicut testatur sanctus thomas in scda scde· q·33·dicens ·Proclamationes que in capitulis religiosorum fiunt· sunt de aliquibus leuibus: que fame non derogant· Unde sūt quasi quedā cōmemorationes pocius oblitarū culparū: q̄ accusationes vel denūciationes. Si essent tamen talia de quibus frater infamaretur· contra preceptū domini ageret· q̄ per hunc modū peccatū fratris publicaret. nisi precessisset secreta ammonicio et testiū inductio. vt ibidem Hec thomas·

¶ De discretione habenda in leuibus culpis·

Oportet nichilominus visitatorem valde discretū esse in huiusmodi leuibus culpis et graciose procedere: ne ibi incipiat ex vehemencia piculum generari· vbi alias piculum non est· Unde dicit quidam venerabilis pater· q̄ proclamacōnes vel denūciacōnes que ex passione vel affectu vindicte fiunt: non conseruant sed eneruant disciplinam. Et subditur causa: quia non solet habere bonum finem quod virtutis amore non agitur· Spiritus enim disciplie effugit fictum: et aufert se a taliter procedentibus· Ipō aūt abeunte malignus appropinquat·

¶ De periculo magno quod potest hic incidere·

Grande periculum potest hic incidere tam visitatori q̄ ~~am~~ accusatori quātumcumq; culpa leuis fue

rit: et hoc racione infirmi fratris· qui perire poteſt in
ſciencia aut pocius vehemencia ipſorum: qui eũ me
liorem facere conabantur· Regula namqꝫ eſt ſan
ctorum patrum indubitata: ꝙ qui exponit fratrem
ſuum periculo peccati mortalis· iuſta neceſſitate ceſ
ſante. peccat mortaliter· Ecce miſerandam condicõ
nem huius flebilis vite: quã expauit· apl̃us dicens
Nũquid ſum liber: Vt quid mea libertas iudicatur
ab aliena conſciencia: Hanc beatus iheronimus au
guſtinus criſoſtimus gregorius ·ꝛc̃· timuerunt: et
alios auiſarũt: Vt pꝫ in dictis ipſorum. Demũ btũs
bernardus ſuper cantica dicit in ſentencia· Gracias
agimus vobis fratres: ꝙ increpacões noſtras pa
cienter ſuſcipitis: quia animas noſtras a grandi pe
riculo liberatis · Si tacemꝰ. minatur nobis diuina
ſcriptura· Si loquimur vobis ꝛ inde peiores effici
mini: rurſũ amplius nobis timendũ eſt· Omnia ta
men hec picula per induſtriã diſciplinati viri in iſtis
leuibus faciliter precaueri poſſũt: attẽto ꝙ tolerabi
lius eſt vt omnia venialia tocius mũdi quis haberet
ꝙ vnũ minimũ mortale· Quãdo ergo frater timora
tus cõpetenter bene cõuerſatur ſm modulum ſuum·
et tñ adhuc ita debilis veriſimiliter iudicat̃· ꝙ ꝓpt ĩ
opiã gr̃e· vel fatigacõnez infirme natuẽ· correpcões
ſufferre nõ poſſit· ſꝫ timetur ꝙ in mortalẽ culpã hac
occaſione ruat: q̃ tũc nichilominꝰ audacter ꝓcedit

et eūz infeliciter proſternit·plus peccat q̄ ſi ſangui
nem criſti fundat ſuper terrā· eodem ſancto bernar
do teſte: et totam celeſtem curiā offendit· Sed quia
iſte ſcopulus inter homines bone voluntatis facilit̄
declinari poteſt: ideo de hoc plura loqui ſuperfluū ar
bitror·

Qꝫ leuiter culpabiles leuiter ſunt tractandi·

Dicit apoſtolus· Patres nolite ad indignacōnē
prouocare filios veſtros: ne puſillo animo fiant· Et
ſapiens dicit· Nequeras impietatem in domo iuſti:
neqꝫ vaſtes requiem eius· Unde yſidorus ait· Si
cut peccatorem conuenit argui: ita iuſtū non exulce
rari· Juſtus aūt eſt qui mortalibus non grauatur·
dicente apoſtolo· In multis offendimꝰ omnes· Hijs
eciā ſeculares littere conſenciūt: teſte oracio qui ait·
Optimus ē qui minimis vrgetur· Igitur qui tales
exaſperat· ſimilis eſt illi qui ſecuri caput hominis
excerebrat vt muſcā fugat: vt dicit̄ in ſūma vtutū·

De difficultate circa criminalia·

Ea que diximus dilecte pater facilia et leuia ſūt:
reſpectu horū que iā reſtāt de crimīalibꝰ dicēda· Et
vt hoc meliꝰ credatis: dico vob rem notabilē quā di
dici a quodā magne lrāture viro ac fame: q̄ ec mltis
ānis religioſaz vitā agēs ·crebro exercuit officiū viſi
tacōis· Aiebat m̄ ī effcū: q̄ hec p tot ānos n̄ plene ſci
uit·aut nō aduertit·donec p̄ terādū valde vix dīm

Bernardum de reyda ſacre profeſſorē theologie
eximium de hijs informaretur· per quoddam ſcrip-
tum paruulum: qđ hic pene totaliter inſerui· ſm qꝫ ī
margine patet· Hij in diebus noſtris velut duo lu
minaria fulgebant· vnus excellens theologus· al
ter famoſus iuriſta· et ſe mutuo fideliter iuuabant
in reformandis monaſterijs· et q̄ntum profecerūt
p̄ſens tempus ꝓbat· Racio autē quare tantus vir
hec non attendebat hec fuit vt puto· quia in mona-
ſterijs bene inſtitutis rariſſime hec contigunt· vt ſci
licet vnus alium per viā iuris contētioſe inuadat· et
hoc corā religioſis patribus et fratribus· qui cōmu
niter ſūt ī huiuſmodi magis ſimplices q̄ ſeculares·
et malunt aſtucias crimmoſorū pocius ignorare q̄
ſcire· Quādo ergo hec occurrunt niſi deus auertat·
grauiſſima ſcandala ⁊ aīarū pericula fiunt· ꝓ eo qꝫ
q̄ſi nouꝰ ꝓceſſꝰ et inuiſus ē neceſſariꝰ· quē nec r̄ligi
oſi ꝑ ſe· nec ſeculares ſeorſū ſciūt· Oportet eī miſcē ī
hac ꝑte regulas patꝝ cū iuribꝰ· ⁊ q̄ ī hijs ꝑit ⁊ theolo
gia exꝑtꝰ n̄ ē· facile fallit̄ ⁊ fallit Adiuuat hūc labo
riū n̄ paꝝ· qꝫ iā n̄ licz expellē rebelles de mōſterijs
vt oli· qꝛ hꝰ aplica ſedes ꝓhibuit· ſꝫ oꝫ eos ī forā iuris
ꝯuicā ⁊ carceri mācipai· ā alia pena ſubdi· ſm q̄litatē
⁊ quātitatē delictoꝝ. Hic eciā reddit̄ racō. qꝫ ī hijs die
bꝰ nouiſſimis q̄ñ iā caritas pene refrigiut· oꝫ mlta ſta
tuta penalia fieri· ⁊ plura religioſos prēs ſcire q̄ oli

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non erāt necēſſaria: quādo ſinguli certatim ad per
fectionē tendebant et ſimpliciter non obedientes de
conſortio alioꝝ eiciebantur·

De proceſſu in criminalibus denunciacōnibꝰ

Si ergo frater ꝓponit aliqua criminalia viſita
tori·et petit vt ea ſcribat· ⁊ publice recitet de omni
bus in cōmuni vel de aliquo in ſpeciali·ſicut ⁊ leuibꝰ
fieri ſolet·ſtatim debet viſitator memor eē officij ſui·
vt diligenter aduertat quo ſpiritu moueatur: ⁊ pre
cipue ne inuidia infectꝰ frater a ſpiritu maligno agi
tetur·Hoc enim viciū plus et periculoſius in religio
ſis peruerſis viget ꝙ̄ in aliquo genere hoīm·vt ray
mūdus dicit: ⁊ nonnūꝙ̄ bone ſpei monachos nimis
vexat·Sit ergo primū ſtudium viſitatori vt more
boni paſtoris errantē ouem reuocet ſicut tenetur:
ſi et in quātum talis reperta fuerit·Dicat ergo hec
aut ſimilia verba·Bone frater quomodo eſt·ꝙ hec
tam diu reſeruaſti·Iſta grauia ſunt et famam tol
lunt:et ſi iſta vera ſunt debuiſſes attendiſſe dictum
beati auguſtini· vt citius ea ſm regulā correxiſſes·
vt famam fratris cōſeruaſſes: et ne in corde peccatū
computruiſſet·Oportet vt te admonituꝫ habeamꝰ de
hijs que ad iſtū proceſſū ſpectant·Primo auiſamꝰ
te.ꝙ ſi iſta ſunt ſecreta vt tu dicis ⁊ abſqꝫ omni am
biguitate vera·nichilominꝰ debuiſti p̄ceptū xp̄i ſer
uaſſe de correctiōe fraťna·Math·18·Si peccauerit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in te frater tuus ⁊c̄· Item noſti eciam quomodo i ſta
tutis patrum iubemur prohibere· ne q̄s fratrum ea
que nouerit emendanda· quaſi ad maius ſcādaluz
quod nequiſſimū eſt· vſqꝫ ad viſitatoris aduentum
differat et reſeruet: ſꝫ oportunis temporibus q̄ cōtige
rint emendent̄· In hijs tam tu q̄ꝫ ego neceſſe eſt vt
debite ꝓcedamus: alioquin grauiter coram deo cul-
pabiles inueniemur· Famā enim fratris ſeruare te-
nemur ſub precepto euangelico: ⁊ ſi aliter facimus
eum iniuſte diffamando· mortaliter peccamꝰ: nullo
ſtatuto· nulla cōſuetudine obſtante· Dic ergo nobis
ſi iſta intelligas. q꜊ reuera difficilia ſunt· et an om-
nia hec impleſti·

Si dicat ſe denuncians omnino recte ꝓcedē·
Ad hec ſi denūciator rn̄derit ſe nō moueri niſi zelo
iuſticie ⁊ fraťne caritatis· ⁊ cōis boni· ⁊ bene intelli-
gere hāc formā ꝓcedēdi ſ̄m euāgelicū p̄ceptū· et oīa
ipleſſe· ſepiuſqꝫ admonuiſſe fratrē illū· ꝗ eciā p̄latū
ſi ille fuerit reus quē notat· q̄ ꝓ tunc· i· i viſitacōe or
dinaria venit vel cēſetur haberi vt frať· et ſe nō emē
daſſe· teſtes eciā ꝓduxerit idoneos· nec aliud tēpus
habuiſſe q̄ huiuſmōi ad cāz oportuniꝰ poneret̄: tūc vi
ſitator dicat· q̄ꝫ corā ſe an̄ publicā denūciacōez illos
teſtes eciaz adducat· Quibus adductis ⁊ diligenter
auditis: vocet tunc reū ad ſe in ſecreto ⁊ ſingula ſibi
ꝓponat Si tūc ſpōte confitetur· ſtatī eū abſoluat ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

penitenciam ſecretam iniūgat· Si autē reclamet·
ducat eū ante teſtes et denūciatorem ⁊ hec aut ſimi
lia ſibi dicat· Ecce ſic ⁊ ſic feciſti· vt iſti apte contra
te depoſuerūt: pati eciā in publicū ꝓcedere ſi te emen
dare nolueris. Nūc g° fac de neceſſitate virtutē ⁊ hu
militer recognoſce peccatū tuū· ⁊ oīa in ſecreto ma
nebunt ⁊ ſalua erit anima et fama tua· Qd ſi nolue
ris· oportet nos te publice cōfundere et in conſpectu
oīm ſcḋm preceptum euāgelicū ꝓclamare ⁊ ſic famā
amittes ⁊ cum hoc grauē ⁊ ſcandaloſam penitēciaꝫ
ſuſtinere· Si hijs territus recognouerit crimē ſuū·
res bene acta eſt: et ſtatim abſoluetur vt prius cū pe
nitēcia oculta· Si vero adhuc durus ōnino ꝑma-
net· ꝓcedat viſitator ad cōuentū ⁊ ipſe vel denūcia-
tor eū publice ꝓclamet et teſtes ſimiliter veritatem
ꝓnūcient: abſqꝫ aliqua ſolempnitate iuris· ſi aliud
nō obſiſtat· Et tūc iterū exhortetur eū cū ōmbꝰ· vt
pacienter ferat quod pro ſalute ſua fit ⁊ ſe ad emen
dacōnem diſponat· Quod ſi fecerit, iterū ibi ſiſtēdū
ē. et penitēciā publicā agat corā cōuētu: et cūctis pre
cipiat vt oīa ſecrete teneāt· Si aūt corā ōmibus ne-
gauerit ⁊ nullo modo poſt tātā diligenciā erga eū le
gitime factam acquieſcere velit· tunc velut mēbrū
putridum abiciatur: cum proteſtatione· ꝙ deinceps
nemo teneatur ad reddendam racionem pro anima
ipſius· Pena eciā ſibi infligatur velit nolit quā ex

ordine sustinere tenetᷣ: donec ad cor redeat ⁊ ad emē
dationem se disponat·

¶Cautela notabilis doctorū hic apponenda

Dicunt sancti doctores thomas et augustinus: ꝙ
omnia ista cessare debent vel ad tempus differenda
essent· si probabiliter estimaretur ꝙ hec ad emenda
tionem fratris non proficerent· sed exinde deterior
redderetur: quia ad hoc tenemur per preceptū cari-
tatis vt caueamus ne frater deterior efficiatur· Si
ue ergo hoc constiterit in principio· siue in medio· si
ue in fine· cessandū est· ⁊ domino deo cōmittendum·
et totum in secreto tenendum· Verū si vsqꝫ ad con
uentum perductū fuerit: tunc visitator excluso reo·
racōnem reddat dicens Ecce dilecti fratres· fecimꝰ
qd in nobis fuit: et nichil profecimꝰ· Et nunc intel
leximꝰ maliciam eius: ꝙ si vltra processerimus pe-
ior efficietur. Ide si habet cognatos q̄ scādalum illud
armata manu vindicare disponerent: aut alij gra-
uem tribulacōnē suscitare· In hijs et similibꝰ· soli-
ta semꝑ fuit ecclesia dissimilare: et suo sponso tāqꝫ
potentiori causam suam cōmittere· Dicit tamen hic
vlricus· ꝙ tanta malicia non de facili est de aliquo
ꝑsumenda: nisi alias in ea sit deprehensus· Sit ta
mē quidquid sit· immensus labor ⁊ perplexitas ī hu
iusmodi ꝑlatos occupat: quādo inter ista diuina pre
cepta et varias consideraciones plerumqꝫ inuenire

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non poſſent quid eligant· Cui hec facilia apparẽt: ꝓ
cedat in medium et ſecuros nos faciat· Veꝝ que ſe
cuntur grauiorem adhuc habent perplexitatem: et
ad debite exequẽdũ difficilimã·

Si denũciator defecerit in ꝓceſſu ſuo·

Grauiorem ſolet habere queſtionẽ in varijs caſi
bus · ſi ipſe denunciator repiatur min⁹ ſufficiens in
grauibus criminibus · vel fortaſſe enormiter leſus
eſt · aut forte iuſtam cauſaz habet · ſed plene nõ po
teſt ꝓbare: aut nõ bono zelo mouetur: aut dur⁹ vel
ſtolidus eſt · et immanſu⁹ · īformacõnẽ nõ ſuſtinẽs
Itẽ · ſi verſipellis doloſus aſtutus · cõtentionib⁹ gau
dens: male vtens ſubtilitate ⁊ expiencia qua cõſidit
ſiue vera ſũt ſiue conficta que pretẽdit· Hec õmia et
alia ſimilia ī breui tẽpe ſcrutari ⁊ ad normã iuſticie
et fratne dilectionis cõponere: nõ pauci laboris ē ⁊ in
duſtrie· Sũt nõnulli ita q̄ruloſi vt ſp ſibi iuſticiaz
denegari cõq̄rant· ȝ cũ ad negociũ venerit cã: ſic pu
eriliter ſe hñt· vt nil p̄ter confuſionẽ reportent cum
peccatis multis· Vnde ob hoc dicunt quidam· ꝙ ro
tunde cum talibus ſit procedendum: ſed alijs id eſt
timoratis viris hoc non placet· Vnde auguſtinus
primo de ciuitate dei dicit· ꝙ reſpublica non poteſt
debite adminiſtrari· niſi cũz ſũma iuſticia: õmi ſecu
ſa obliq̄tate· Et ille iuſte viuit: qui rerũ integer cõſi
derator ē· Rep̄hendit etiã ſaluſti⁹ mariũ cõſulẽ ꝯtra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iugurtã regem affrice pugnantẽ: dicẽs. Triũphus
marij plus de fortuna habuit q̃ de virtute. Et brevi
ter. omnes morales. huiuſmodi euẽtus abſq; ſciẽcia
procedentes aſpernãtur: licet aliquãdo pſpere ſucce
dant. Apte enim iubemur ſm apoſtolica monita. no
ſtrã et aliorũ cũ timore et tremore opari ſalutẽ: alio
quin q̃ amat periculũ incidet ĩ illud. Oportet ergo vi
ſitatorem q̃ non ſolum iudicis ſ; eciã aduocati et p
locutoris gerit officiũ. ymmo et arbitri et ſeq̃ſtris.
omnẽ diligenciaz adhibere. ne aĩe fratrũ ab aduer
ſario rapiant̃: aut ſi q̃ rapte ſunt reducãtur. Graue
tediũ dñs pſciuit huius officij: et ergo magna mer
cede illud alleuauit dicẽs. Gaudiũ mai⁹ eſt in celo
ſuper vno peccatore peniteñciam agẽte: q̃ ſup nona
gintanouẽ iuſtis q̃ non indigent penitencia.

¶ Secũtur auiſamẽta magiſtri bernardi de reyda
de hac materia.

Seruato modo illo q̃ ſupra tactus eſt de reo. cũ
denũciatore. ſi adhuc manet ĩ ſenſu ſuo. neq;
acquieſcit. ſ; audire petit: tũc ſm dicta magiſtri ber
nardi de reyda hec ſibi proponenda ſũt: ne poſt cõq̃
ratur ſi defecerit. q̃ nõ ſciuerit modũ procedẽdi. aut
non fuerit debite informat⁹. Primo q̃ in iudicio hu
mano nemo debet cõdemnari aut puniri. niſi audit⁹
ſponte confeſſus peccatũ: vel de eo legitime p teſtes
conuictus. 2° q̃ melius ẽ decem nocentes ĩpunitos
dimittere q̃ vnum innocentem

condemnare aut punire· Tercio ꝙ peccatū̄ ſemel cor
rectum vel emendatū̄ et eciaꝫ poſt non iteratum· nō
debet denuo puniri· Quarto ſi quis dicat vni vel plu
ribus aliqua in occulto· vt conſequenter dicantur ī
aperto· ꝓ vt in denunciationibus viſitacionum fit·
ſic et tali animo dicta vel proclamata· nō debent re
putari ſecreta· ſed publica ⁊ manifeſta. ſm̄ auguſti
num· Ex quo ſequitur· ꝙ acuſatores vel denunciato
res et eorum dicta ī viſitacionibꝫ nō tenendi ſūt ī
ſecreto· ſed publicandi ſi denunciatus negat crimē
impoſitum: et ponendi ad penam talionis accu
ſantes ſeu denunciantes ſi non poſſunt probare·
Quinto ꝙ quia omne mendacium eſt peccatum· et
verba ſunt intelligenda ſcđm communem intelle
ctum audientium· Et ideo ſi innocens proclamatus
in viſitacione ſuper aliquo delicto dicat humiliter·
eſt culpa mea· ſubeundo immeritam penitenciam· iaꝫ
audientes intelligunt eum eſſe reum in tali culpa·
quod non eſt verum: et ob hoc non fatenduꝫ· Sex
to ꝙ pacis fundamētū̄ ē iuſticia: ita ꝙ ſine ea pax
ſubſiſtere nō poteſt· Vn̄ auguſtinꝰ dicit. Tolle iuſti
ciam. et q̄d ſūt regna niſi latrocinia? Septīo ꝙ licꝫ
īiuriatꝰ debet dimittē rācorē īiuriātī: tn̄ dānū̄ illatū̄
poteſt repetē· Poteſt eciā dimittē vel r̄mittē: ſi hoc
nō ſit nocumentū̄ alteri· et expediat iniurianti·

¶ Seq̄r nūc de mō ꝓcedēdi eiuſdē doctoꝛis bernardi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Supra notatis itaqz diligenter inſpectis · ſal-
uo ſēp ſaniori iudicio: ī mateia viſitacōis ordi
narie · ſic videtur eſſe procedendum · Peracto ſcruti
nio · in correctione capitulari · ſi perſona denuncia
ta et proclamata fateatur ſe eſſe ream · petat humi
liter veniam: ſubeundo penitenciam per viſitatores
iniungendam · iuxta qualitatem et quantitatem de
licti · Si vero non fateatur. ſed negat ſe eſſe ream
in propoſito delicto: proclametur perſona denunci
atrix: q̄ ſi deficiat in probacione: luat penam debitā.
Que ſi nō pt̄ pbāe oppoſitū. ā ſe ſufficienter excuſare
ꝙ hoc neſciuit · ſed de malicia conuicta fuerit: tunc
velut violatrix fraterne caritatis. Si vero perſo-
na proclamata de aliquo crimine fateatur ſe eſſe re
am · ſed non ſe eſſe admonitam · nec fraternaliter ·
nec capitulariter in conuentu · proclametur perſona
denunciatrix: q̄ ſi non poteſt probare oppoſitum · lu
at penam debitam · eo ꝙ pretermiſit debite correctio
nis ordinem: et nichilominus eciaz rea puniatur · Hec
oīa dominus bernardꝰ de reyda.

Si persona pclāta fateaᵗ ſe fuiſſe rea. et apta ac ſufficiēte egiſſe pniaz pclamet pſoa denūciatrix

Si dicat denuncians bene iſta ſe intelligere.

Poſt omnia hec ſi dicat denūciator ſe bene īfor
matum · et zelare fratris ſalutem. et in caritate
ſtare · licet timeat nichilominus ſi reus vellet pter
uire · ꝙ non eſſet ita fortis in probacione ſicut expe
diret · tn̄ ſperaret ꝙ dominus deberet eum iuuare ·

et coꝛ illi⁹ illuı̄naē· ⁊ ſub hac ſpe. cauſā viſitatori du
biaꝫ non ſibi. velle ꝓſeq̄· ⁊ idcirco req̄rēt eū tāq̄ꝫ iudi
cē vt admitteret eū ad acuſacōez publicā in forma
iuris· tūc iuxta ſuptacta viſitatoꝛ hꝫ ꝓcedē: primo
in ſecreto deinde in publico ⁊c̄· et ſi tūc reus fatetur
ſe culpabilē et emēdacionē ꝓmiſerit· res bene acta
ē: et abſoluet̄ vt ſupra· Si autē nō fatetur· et denū
ciatoꝛ defecerit ı̄ plena ꝓbacione licet verꝫ ſit crimē:
tūc nichilominus ipſe accuſatoꝛ penā habet ſuſtinere.
niſi volēte reo ꝑ iudicē abſoluat̄: q꜡ oportet in huiuſ
modi ꝓcedi ſꝫm allegata ⁊ ꝓbata. Eccleſia enim nō
iudicat de occultis: ſꝫ de maı̄feſtis· Si vero denun
ciatoꝛ fallax ꝛ̄pert⁹ fuerit ⁊ inuid⁹· et hec oīa ı̄ ipocri
ſi fecerit· tūc ḡuiter arguend⁹ ē et punīēd⁹: q꜡ mlta
peccata in hoc actu cōmiſit· Et ſi ſe huīliter ad peni
tenciā ſubmiſerit nō debet cōfundi coram alijs: ſed
in occulto manē: ſicut ſupra dictum ē de reo· Qȝ ſi ꝑ
tinaciter cōtradixerit: tunc cōuictus de crimine pub
licari debet. et deinceps habēdus eſt vt ethnicus et pub
licanus· et puniri debet vt ſupra. donec et cetera.

¶ Si denūciatoꝛ maliuolus totaliter apparuerit·

Exacta mltiplici ſꝫ diligencia circa actū iſtū· ſi
Pꝰ tunc denūciatoꝛ malicioſū ⁊ icorrigibilē ſe oſt
dat. ⁊ nl̄ rligioſitatis ꝗ ꝓbitatis p̄tēdat. ſꝫ idigbū de
dicat ꝙ velit audi ſic̄ ſibi placꝫ· nec curēt de hijs ıſoꝛ
cōib⁹ ⁊c̄· tunc rn̄dē debet ſibi viſitatoꝛ ꝑmo ad ꝑreꝫ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcđo coꝛam aliquibus et cetera vt ſupra · ꝙ niſi iſtā
maliciam apertam depoſuerit · non ē dignus vt audi
atur ſm iura et regulam patrum · Eciā ſcire debet
ꝙ quicūqȝ preſtat ſibi patrocimū ī huiuſmodi neq̄
cia peccat · et ſi permiſerit viſitatoꝛ ꝙ hoc modo ani
mas fratrum perturbet. aperte facit contra bonū re
ligionis · et ipſe a ſuis ſuperioribus caſtigandus ē ·
Tenetur ergo ſeuere talibus ſe opponere · et pre om
nibus durius punire · tāꝙ ſeipſuȝ voluntarie publi
cantem: vt ceteri timoꝛem habeant ·

De appellacione in iſtis non admittenda ·

POſtq̄ꝫ omnia vt p̄miſſū ē r̄gulariter fuerit ex
pedita · ſi tūc q̄s appellaē p̄ſūpſerit · grauiť pec
cat: tāꝙ apte inobedēs deo et ſuperioribꝰ ſuis · A di
ſciplīa enim r̄gulaī nō admittiť appellacō: vt ex̄ de
ap · ca · ad noſtrā · et ca · cū ſpūali: q2 appellacōis re
mediū nō ē ad defenſionē iniq̄tatis ſȝ ad p̄ſidium ī
nocēcie inſtitutū: nec debet eē vinculū iniq̄tatis ſȝ op
preſſoꝝ leuamē · nec quemꝙ in ſua neq̄cia prōcimū
p̄ſtare · Verꝫ ſi p̄latus excedit modū in corrigēdo. tūc
bn̄ admittiť appellacō a tali correctione: p vt notať
ī ca · de p̄ore · eodē titulo Alias humiliť a deuote ſuſcipi
ant frēs: ꝙ pro ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctū ·

Auiſamētū ſcī thome de hac materia crimialiuȝ ·

MUlti kariſſime pater ſolent decipi in hac ma
teria ſcilicet de occultis manifeſtādis: tā p̄lati

q̃ ſubditi. Et idcirco ſctũs thomas in ſcḋa ſcḋe. q. 33.
eos auiſat dicẽs: q̄ p̄lati nō debẽt precipẽ indifferẽt:
vt ſi quid ſit corrigendũ eis dicat. Nã p̄latō nō ē obe
diendũ cõtra p̄ceptũ diuinũ. ſm illud actuũ quarto.
obediẽ oportet deo magis q̃ hoīb9. et ideo qñ p̄latus
p̄cipit vt ſibi dicatur qḋ quis ſciuit corrigendũ. intel
ligendũ ē preceptũ ſane ſaluo ordĩe correctionis fra
terne: ſiue p̄ceptũ ſit cõiter ad ōnes ſiue ad aliquos
vel ad aliquẽ ſpecialit. Sed ſi prelat9 expreſſe pre
cipet cõtra hunc ordinẽ a domino conſtitutũ: et ipſe
peccaẽt p̄cipiẽs. et ei obediẽs. quaſi cõtra preceptũ
domini agens: vnde non eſſet ei obediendũ: quia p̄
latus non eſt iudex occultorũ. ſz ſolus de9: nec habz
poteſtatẽ p̄cipiendi aliq̄d ſup occultis niſi inquantũ
p aliq̄ indicia maiſeſtãtur. Puta p iſfamiã vel aliq̄s
ſuſpicões: in quib9 caſib9 poteſt p̄latus precipere. eo
dẽ mō ſic et iudex ſclaris vel eccleſiaſtic9 poteſt exigẽ
iuramentũ de veritate dicẽda. Hec thomas Poſſũt
tamen dici prepōſito monaſterij. ſm auguſtinũ i ſe
creto p habẽdo cõſilio vel auiſamẽto. Et eciã alicui
cz viro ſpirituali: q̄ poteſt prodeſſe et nō obeẽ. Et ille
ſimiliter debet ~~in~~ ea in ſecreto tenere: vel euangelicũ
p̄ceptũ ſeruare proceſſu fraterne correctionis.

Qz raro ſeruatur forma dominici precepti.

Sicut cetẽa p̄cepta dñi male ſeruãt: ſic et iſtud
cõiter rariſſime bñ ſeruat. Cui9 duplex aſſig-

naẽ raciõ. Pma. ꝑpter defectũ v̾tutũ moralium. q̄ dñari
passiõib9 ⁊ fortiter se in se cõtinē pfectoꝝ ē. Cũ ergo
cõiter hoies facile labantur i alterã partē. nec pñt ex
pectare debitũ tēpus. ideo cito improperant: ⁊ forte
totalr̄ desistũt timētes ꝑpriã ipsorũ. Hic sapiens di
cit. Pbata virt9 corripit insipiētes. Et dñs i euãgelio
ypocritas arguit tanq̄ idignos ad hũc actũ. Scd̾a cã
ē defcũs v̾tutũ itellectualiũ: q̄ discernē iter leprã et
lepraz. et vnũq̄q3 ita limpide puidē vt sciat qd̾ sibi
expediat ⁊ qd̾ nõ: inter aplicas grãas ꝯputaẽ. Hinc
scũs thomas dicit. q̄ correctio delinquẽtis ptinet ad ali
quē inquantũ viget i eo rectũ iudiciũ racõis. Nã fa
cile ē forte hui9oi ichoare. ꝫ difficile cõtinuare ꝫ adhuc
difficilius debite consummare. Et idcirco prelati te
nentur ad hec diligenter intēdere. vt se et subditos
a peccatis talibus preseruent.

Excusacõ de vlteriori pcessu hu9 materie prolixe.

De vlteriori pcessu hu9 materie pñt kme habe totũ
me excusatũ. q̄ iaz de singulis aliq̄ ꝑseq̄ gene
raret magis timeo cõfusiõez q̄ edificacõez. Spo q̄
hec pauca debitũ itroitũ pbēt ad ea q̄ idigēt delibera
cõe maturiori. Tribuat michi ꝯ oĩnus misericors de9.
q̄ hijs tediosis et periculosis cautelis cũ suis exerci
cijs opus nõ habeam9. ꝫ i spũ humilitatis ⁊ in aĩo ꝯtri
to nostram salutez operemur in timore dei et caritate
sincera. Prouidentes bona non solum coram deo.

ſz eciã oib⁹ hoibus ⸗donãtes iuicē ſicut de⁹ in xp̃o donauit nob. Ipſo eodē auxiliante ſaluatore noſtro: q cū patre et ſpū ſancto viuit et regnat in ſcl'a. Amen.

De publicis criminibus publice arguendis.

DEmum de publicis q ſm apl'os coram omnibus arguendi ſunt. vt ceteri timorē habeant. planior eſt proceſſus. hoc ſeruato q non excedatur in puniendo: maxime eos qui ſe humiliter ad emendationem offerūt. Prelatus enim debet imitari deū cuius vicarius eſt. q ſemper citra condignum punit. Et religioſi q ſemper iugum domini portant. et contra vicia pugnant: non eſt mirum ſi aliquando cadant. Eſt eciã hic vna difficultas. q dicantur publici. q publicati. q publicandi. et cetera. Sufficit hic annotare breuiter. q ſm viros timorate cōſciēcie. ſēp eſt fama frãs delicate cōſeruãda. Et ergo quando q's nō eſt illimitate publicatus. tunc conari debemus vt vltra non ſerpat. neceſſitate ceſſãte. Si vero crimē p ora oīm intus et foris volat. tūc locū habet qd' i lege ſcriptum eſt. ſcilicet vt talis ſic puniatur. vt oīs iſrahel audiat et timeat et nemo talia facē p̄ſumat.

Sequūtur ſubſcriptiones doctorꝝ p autorizacione predictorum.

Videt' m Jacobo de ſtralē Sacre theolo' pfeſſori mimo. q h' matria caritatis viſitaciōis ſit diligenter

indagata· et breuiter vtiliter et bene collectā. Ac ſan
ctorum doctorū ſentencijs conſona: ſaluo ſemper iu-
dicio melius ſencientium. ¶ Jacobus vt ſupra manu
propria·

¶ Pariformiter iuxta Judicium et ſubſcripcionē
venerabilis dn̄i mgr̄i nr̄i Jacobi de ſtralē. Ego lamber
tus de monte profeſſor minimus ſacre theologie· ſic
vt ſupra ſcribitur caritatiue et quodammodo iudici
aliter viſitandum eſſe credo et ſencio. Et iuxta ſan
ctorum et doctorum ſentencias in hoc opuſulo alle-
gatas. Saluo ſemper iudicio clarius ac melius ſen
cientis. Ut proteſtor hac manu propria·

¶ Quia premiſſa ſcripta ſunt conſona Juri et dictis
ſanctorum patrum vt michi videtur. Jdeo ego Hen
ricus de kerpenā decretorum doctor licet minimus·
ea approbo. Saluo iudicio ſaniori· ¶ Henricus de
kerpena manu propria·

¶ Quia ſcripta ī q̄tuordecī folijs p̄cedentibꝰ ſūt ex
auctoritatibꝰ et racioībꝰ optīe fūdata nec iuri poſitio
ꝯtraria. ymo attētis regulis et ſtatutis religioſorum

cõformia et in illis fundata. igitur in ſignũ appro-
batiuũ oĩm et ſingulorum in eis cõtentorum. ſalua
depoſicione in nõ mendicantibus manu propria ſub-
ſcripſi. ¶ Henricus vrdeman minimus decretorũ
doctor decanus ſancti Andree Colonienſis manu
propria

Quamuis materia de modo ꝓcedendi in actu vi-
ſitacionis in quatuor decẽ folijs p̃cedentibus diligẽ-
ter et plane ac luculenter digeſta et cõſcripta teſti-
monio non videatur egere humano. cũ originaliter
et clare fundata noſcatur in euangelio et precepto
diuino. vt tñ collacõis. michi ſingularis amici deſide-
rio ſatiſfaciam et ꝓ modulo meo eciã teſtimonium
perhibeam veritati. ego frater gherardus de elten ordi-
nis p̃dicatorũ ſacre theologie ꝓfeſſorum minim⁹ fa-
teor me idipſũ ſentire in materia pretacta cũ domi-
nis doctoribus q̃ ſuis manib⁹ ſe p̃us ſubſcripſere. qd
proteſtor hac manus mee ſcriptura.

¶ Explicit tractat⁹ de forma
viſitacionũ monaſticarũ.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf